



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Trithemij, Spanheimensis, Et Postea Divi Jacobi apud Herbipolim Abbatis, Viri suo aevo doctissimi. Tomus ... Annalivm Hirsavgiensivm**

Opus nunquam hactenus editum, & ab Eruditis semper desideratum.  
Complectens Historiam Franciae Et Germaniae, Gesta Imperatorum,  
Regum ...

**Trithemius, Johannes**

**S. Galli, 1690**

In Nomine Domini nostri Jesv Christi Filij Dei Omnipotentis Incipit Præfatio  
Joannis Trithemii Abbatis, in Chronicon Monasterij Hirsaugiensis, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38550**



In Nomine Domini nostri JESU Christi  
FILII DEI OMNIPOTENTIS  
INCIPIT PRÆFATIO  
JOANNIS TRITHEMII  
ABBATIS,

in Chronicon Monasterij Hirsaugiensis, &c.

Diligentia  
Veterum cit-  
ta historias.



Demonstra-  
tio dictorum  
per exempla.

Historia præ-  
sentes facit  
abientes.

Historicæ uti-  
litas com-  
mendatio  
brevis.

istorijs conscribendis magnam veteres ad-  
hibuere diligentiam : quippe qui non se-  
cus ac legibus, memoriâ rerum transacti  
temporis, rem exornari publicam credi-  
derunt. Historia namq; sempiternâ qua-  
dam memoriæ conservatrix est, quæ sola  
famam bonorum virorum, qui sapientiâ,  
fortitudine, vel sanctitate, sese præstare  
cæteris magno labore conati sunt, vene-  
randâ quâdam recordatione facit immor-  
talem. Quis originem mundi, annorumq;

omnimodam supputationem, & ea, quæ interea sunt facta inter mor-  
tales, hoc tempore nescientibus innōtesceret? Quis incarnationem,  
Nativitatem in mundum ex Virgine, Doctrinam, Miracula, Passionem,  
Mortem ac Resurrectionem D. N. Jesu Christi persuadere possēt igno-  
rantibus? Aut quis Passiones Martyrum, vitam, conversationes, &  
miracula Sanctorum, Trojanorum excidium, latum in orbe Roma-  
norum imperium, memorabilia Regum, Philosophorum, & Princi-  
pum dicta vel facta, cæteraque scitu dignissima, hodie nobis vel pan-  
deret, vel pandentibus crederet? si nulli ante nos historiârū Scriptores  
extitissent? Sola igitur historia est, quâ fit, ut qui longissimi temporis  
intervallo à veteribus illis disjungimur, & illorum gestis interfuisse,  
& illis ipsidem vixisse temporibus per lectionem videamur. Historia  
etenim suo vigore immortalitatem confert mortaliibus, prudentiam  
animo legentis copiosam aperit, & in gestis veterum quid agendum,  
cavendumve sit, omni tempore ostendit. Historia fidem instruit,  
spem erigit, charitatis igniculum accendit. Historia nos cautos reddit  
ad pericula, in agendis facit providos, & in omni negotio, quod oc-  
currerit, astutos. Historia parvulis addit scientiam, & mentes infir-  
morum incitat ad virtutem. Enim verò dum gesta vel dicta memoratu  
digna bonorum virorum ad memoriam legendo reducimus, quid  
aliud quàm eorum nos imitatione ad virtutum exercitia præparamus?  
Rursus verò, cùm pravorum impia dicta vel facta legimus, docemur,  
ut perniciofa fugiamus. Unde rectè historia mortuorum vivum exem-  
plar

plur, mortaliumq;  
rum dicationem  
morum per h  
avore jugiter p  
dum est, ut lectio  
semper in melius p  
commendare. Un  
cta, proba seu me  
scripta putemus, u  
nobis potius in a vi  
quæpiam ex nobis p  
perunt. Adijciend  
rum rerum in nobis  
evulente, ac viâ b  
tas, ac rectitudinis  
dione sedulâ revol  
que curiositatis inhi  
optime Joannes in  
Princeps, Dux ac pa  
licare promissis, in  
gens postulans, qua  
lis, quam Venerab  
tunc Abbas Coenob  
ex Schedis, & mon  
dem aliquando perf  
perio subiecti, qui  
tum tempore instanc  
impium duxi aliqui  
judicio, & magna, p  
rum gestarum serie  
gentis tempora, &  
lapra sexcentos ad m  
servatâ ubique contin  
no tuo, & monachis  
sum dilectionis famil  
rois, etiam supra vi  
bens postulationibus  
desideratum historia  
Duo sunt præ  
Alterum, ut inviolat  
Alterum verò, ut ips  
nus sermonam ornari  
rum instituto & velle,  
fessio Monastica simul  
dorum, & veritatis p  
ridi monachis: & Scrip  
riam. In altero verò  
dico: utpote qui verit

plar, mortaliumq; lumen inextinguibile dicitur, per quam ad pravorum detestationem, bonorum vero imitationem provocamur. Mone-  
mur etenim per historias malum fugere, bonum amplecti, & in ejus amore jugiter permanere. Sic ergo nobis in hac mortalitate vivendum est, ut lectione historiarum studeamus ex imitatione veterum semper in melius proficere, & boni operis exemplum etiam posteris commendare. Unde quoties historia pravorum impie dicta, vel facta, probra seu meritas poenas nobis reducit ad memoriam, non ideo scripta putemus, ut vel imitatione digna sint, vel praconio laudis, sed nobis potius in avisa mentum digesta credamus, ne similia committens quispiam ex nobis pares recipiat poenas, quas illi pro demeritis susceperunt. Adijciendum recte putamus, quod per multarum experientiam rerum in nobis tandem prudentia nascitur, ad quam arte longa existente, ac vita brevi, nusquam facilius patet accessus, quam si veritatis, ac rectitudinis amore omnem honestatis & pietatis historiam lectione sedula revolvamus. Quae cum ita sint, non studio vanitatis, neque curiositatis instinctu, sed divino potius Spiritu afflatum crediderim, optime Joannes insignis Monasterij Hirsaugienfis Reverendissime Princeps, Dux ac pastor, & Abba, qui me toties hortari precibus, ac sollicitare promissis, importune, ac opportunè non cessas, monens, rogans, postulans, quatenus historiam memorati coenobij tui Hirsaugienfis, quam Venerabili Praedecessore quondam tuo Blasio Abbate, ego tunc Abbas Coenobij Spanheimensis existens postulante inchoaveram ex Schedis, & monumentis per te mihi denuo transmissis, vel serò tandem aliquando perficiam. Cohortantur me non minus Fratres tuo imperio subjecti, qui una tecum hoc à me opus Chronicorum ex multo jam tempore instantius postularunt; quibus nimia charitate devinctus impium duxi aliquid monentibus denegare: Nam etsi res ardua sit meo iudicio, & magna, parvisq; viribus ingenij mei multum difficilis, rerum gestarum seriem, Abbatumq; Monasterij tui memorati Hirsaugienfis tempora, & Successionis ordinem ab octoginta ferme annis supra sexcentos ad memoriam reducere, & in unius corpus voluminis servata ubique continuatione historiae ordinare, Tibi tamen, Monasterio tuo, & monachis omnibus in regulari subjectione commissis tantum dilectionis familiaritate constrictus, ut vestris iussis, & sanctissimis votis, etiam supra vires in majoribus obedirem. Volens igitur, & libens postulationibus vestris pro viribus praestabo obsequium, & diu desideratum historiae opus Domino largiente perficiam.

Duo sunt praecipua, quae dantur historiam scribere volentibus: Alterum, ut inviolata veritas in omni narratione ubiq; permaneat: Alterum vero, ut ipsa narrationis integritas proprijs, aptis, & concinnis sermonum ornatibus decoretur. In primo me quidem satisfacturum instituto & velle, & posse, non abnuo: quippe quem & ipsa professio Monastica simul, & Christiana fides abhorrere compellunt mendacium, & veritatis jubent esse amicum. *Os etenim, quod mentitur, occidit animam*: & Scriptor, qui veris miscet mendacia, confundit historiam. In altero vero me non posse fore sufficientem manifestè considero: utpote qui veritatem sine fuce sermonis aperte, atque simplici

Historia confert Prudentiam.

Difficultas hujus historiae.

Duo praecipua dantur historiographis.

Historiarum  
tria sunt ge-  
nera.  
1.  
Universale.

verborum congerie scribo. Sunt autem tria historiarum genera. Ex his primum nominatur Catholicon, quod universale quidem existens totius mundi complectitur historiam, & si non omnium, multorum tamen Regum, Principum, Nationum, & Provinciarum gesta commemorat. Hoc scribendi genere usi sunt Titus Livius Historiographorum lacteum flumen, Eusebius quoque; Casariensis Episcopus, Cassiodorus Monachus in Tripartita historia, Freculphus Episcopus Lexoviensis, Orosius Presbyter in Hormesta mundi, Vincentius Belluacensis in speculo historiali, Marianus Scotus Monachus Fuldenfis, Martinus Romanus, Gottfridus Viterbiensis, Helinandus Monachus Frigidimontis, Rupertus Monachus, Hugo Floriacensis Monachus, Joannes de Columna, Antoninus Archiepiscopus Florentinorum, Marcus Antonius Sabellicus Venetus, Jacobus Philippi Bergomensis, Sebaldus Schedel Nurenbergensis: & alij multi; quorum nomina ratione pratermittimus.

2.  
gen<sup>o</sup> speciale  
nominatur.


Secundum historiae genus Idicon dicitur, id est, speciale, vel proprium: quod unius vel Regni, vel Gentis acta solum commemorat. Hoc scribendi genere usus est, Josephus Judaeus de bello Judaico, & antiquitatum libris, Philo quoque; Judaeus in libro Successionum, Egesippus ex Judaeo Christianus, de Excidio Hierosolymorum, Beda Monachus in gestis Anglorum, Gregorius Episcopus Turonensis in gestis Francorum, Jordanes Episcopus in gestis Gotthorum, Windekindus Monachus in historia Saxonum, Regino Prumiensis Abbas in historia Gallorum, Rupertus Gangvvinus in gestis Francorum, Andreas Monachus Ratisponensis in gestis Bavarorum, & alij multi, quos transimus.

3.  
Topicum sive  
locale dicitur.

Tertium vero genus historiarum nominatur Topicon, id est locale: quod historiae unius Civitatis, Familiae, seu loci complectitur, & ad externa non vagatur. Hoc scribendi genere usus est Beda Monachus in Anglia, qui localem Monasterij sui, & Abbatum historiam composuit, & aliena non curavit. Sigebertus quoque; Monachus Gemblacensis, Strabus Monachus Fuldenfis, & complures alij Bedam imitati, Monasteriorum & Abbatum suorum conscripserunt historias, quorum exemplo & ego Joannes Trithemius Abbas Monasterij S. Jacobi Majoris Apostoli Herbipolensis, retro actis annis cum in Coenobio Divi Martini Spanheimensi Abbatis nomen adhuc portarem indignus, ejusdem Monasterij historiam, tempora quoque, & Successiones omnium Abbatum ejus ab initio Foundationis per annos CCCLXXXII. usque ad mei translationem in Herbipolim, quae facta est anno salutis Christianorum M.D. VI. indictione IX. certe non sine labore maximo in unum volumen comportavi. Hoc ipso quoque; scribendi genere historiam Hirsaugiensis Monasterij tui Joannes Abbatum modestissime, sicut praecipisti mihi, contexere statui, cui etsi nitorem eloquentiae necessarium adhibere nequeam, a veritatis tamen semita non recedam. Multa denique sparsim in Germania facta huic historiae nostrae per digressum mihi placuit inferere, quo non solum Hirsaugiensibus, sed omnibus quoque; legentibus honestam animorum conferat voluptatem.

Idi

Adipsum ante me  
hilitas, Abbatum  
sunt aliquando ten  
Caeobij minime  
eratum in mans  
procediar vacu  
notandarum in Ge  
decorare volui, qu  
et prolixitas brev  
fratum. Auctorum  
Megentridis Mon  
none Hirsaugiens  
lari S. Aurelij. Wi  
gno Abbas Prumi  
na Saevorum. Th  
gestis Trevirorum.  
Germanorum histo  
tus S. Hemmeram  
fidus Viterbiensis.  
Colonia. Joannes de  
nensis Canonicus. H  
Ebervvinus Monach  
ensis. Bertrandus M  
is Chronicis, & hi  
pincinensium, Neor  
tum Rheni dudum p  
comportatis, huic op  
nem historiae non in  
de litteris ipsius Mon  
porum continentia S  
et Legendis Sanctoru  
nentia proposito m  
tate autem mihi totam  
tatis cum minio dif  
rior sub regimine A  
tae series distincte  
variet



Idiplum ante me fecisse plures inuenio, qui Monasteriorum suorum historias, Abbatumq; Successiones litteris commendârunt. Erit forsitan aliquando tempus, quando opus hoc nostrum in unius angustia Cœnobij minimè latere poterit, sed hominum curiositate laudabili extractum in manus plurimorum veniat discutiendum. Vt ergo nusquã progrediatur vacuum, nullique fiat onerosum, clausulis rerum memorandarum in Germania nostra gestarum certo illud moderamine decorare volui, quatenus & rerum varietas jucunda fiat nescientibus, & prolixitas breuitate compressa scientibus non generet in mente fastidium. Auctorum verò de quibus auxilium habui, ista sunt nomina: Megefridus Monachus Fuldensis, qui multa scribit de prima Fundatione Hirsaugiensis Monasterij, & Successione Abbatum apud Ecclesiam S. Aurelij. Windekindus Monachus Corbejenfis in Saxonia. Regino Abbas Prumiensis in historia Metensium. Benno Abbas in historia Suevorum. Theodoricus, & Goldsherus Monachi S. Matthiæ in gestis Trevirorum. Marianus quoq; Scotus Monachus in omnimoda Germanorum historia. Otto Frisingensis Episcopus. Andreas Monachus S. Hemmerammi Ratisponensis. Henricus de Erfordia. Gottfridus Viterbiensis. Gottfridus quoque Monachus S. Pantaleonis in Colonia. Joannes de Hildensheim Carmelita. Rupertus Præmonstratensis Canonicus. Hugo Floriacensis. Joannes Monachus Castellensis. Ebervvinus Monachus Segenbergenfis. Bernardus Monachus Corbejenfis. Bertrandus Monachus Hirsfeldensis. Multa deniq; ex alijs diversis Chronicis, & historijs Francorum, Bavarorum, Suevorum, Moguntinensium, Neometensium, Vangionum, comitumq; Palatinorum Rheni dudum per Wernherum Monachum Loriffensis Cœnobij comportatis, huic operi nostro inserui, quorum mihi narratio ad seriem historiæ non inutilis videbatur. Ex Annalibus quoq; privilegijs, & litteris ipsius Monasterij Hirsaugiensis non mediocriter adjutus sum, quorum contentiã Successiones Abbatum deducantur. Plura etiam ex Legendis Sanctorum, Epistolis quoque, & opusculis Patrum convenientia proposito meo non absq; labore magno sum assecutus. Placuit autem mihi totam historiam juxta seriem annorũ Dominicæ Natiuitatis cum minio distribuere: quatenus factum cujuslibet temporis lector sub regimine Abbatum facilius possit inuenire. Tali etenim ordine series distincta temporum & minus legentem aggrauat, & pulchrã varietate historiam per amplius ornat.

Auctores quos Compilator secutus est.

Finis Præfationis.



FUN-

FUN-

Handwritten notes in the right margin, including the name 'Hirsaug' and other illegible text.